


S. LAU
CA
SANTO
RII.
1614









[illegible] first edition of this famous booklet, [illegible] the foundation to the physiology of metabolism.

Santorio (usually called Sanctorius) of Capo d'Istria, 1561—1636, famous precursor of the iatrophysical school. Physician at Venice, then professor at Padua.

«The celebrated Paduan professor Santorio, in his commentary on the first book of the canon of Avicenna, describes a clinical thermometer and a pulsilogium, or pulse-clock, of his own devising, inventions which soon passed into the limbo of forgotten things for nearly a hundred years. Sanctorius was also the clever inventor of instruments for extracting stones from the bladder and foreign bodies from the ear, as also a trocar, a cannula, and a hygroscope. His medical fame today is best associated with the fact that he founded the physiology of metabolism through his experiments and data upon what he called the ,insensible perspiration' of the body, described in his Ars de statica medicina.»

«The great achievement of Sanctorius was the introduction into Physiology of exact methods of measurement, pulse counting, temperature estimation, and weighing.» (Singer, Anatomy.)

For a detailed description of Santorio's experiments see Sudhoff-Pagel pp. 283 and 284.

Four leaves of the preliminary quire appear to be wanting, altho[illegible] there is

Lacks a1-2 (blank)
a11-12 supplied from copy in the possession of William Dawson & Sons
13 Jan. 1970

coll 4 pls

50857

rare first edition of this famous booklet, which laid the foundation to the

ARS

SANCTORII SANCTORII

Iustinopolitani

In Patauino Gymnasio Medicinæ Theoricam ordinariam primo loco profitentis

DE STATICA MEDICINA

AHPORISMORVM
Sectionibus septem comprehensa.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, MDCXIIII.
Apud Nicolaum Polum.

Superiorum Licentia.

In Prima Sectione agitur de ponderatione inſenſibilis per ſpirationis.
In 2. De Aere & aquis.
In 3. De Cibo & potu.
In 4. De Somno & vigilia.
In 5. De Exercitio & quiete.
In 6. De Venere.
In 7. De Animi affectibus.



ILLVSTRISSIMO,
& Eccellentiſſimo
GYMNASII PATAVINI
Moderatori
NICOLAO CONTARENO
Senatori Ampliſſimo.

Sanctorius Sanctorius.



Iù mecum cogitaui, & animum diuerſimodè diſtractum habui, Illuſtriſſime CONTARENE, an hęc noſtra ars ſta

tica, noua quidē, & ante me à nemine tacta, in lucē esset promēda: vndiq; erant mihi efficacissimæ rationes, quæ me variè exagitabant: ex vna parte erat imperitorum, & maleuolorum hominū magna acies, qui vel noua improbantes, vel subtilia non intelligentes, hanc artem, diuinam licet, damnaturi essent: alia verò ex parte hæc me impellebant, amicorum interpellatio, res ipsa innu-

meris

meris experimentis confirmata : ſed mihi humanius videbatur huiuſmodi arcana in vſum hominum potius expromere, quam ſupreſſa interq́; priuatos detenta parietes quaſi ſepulta continere : etenim maiorem laudem ſemper meriti fuerunt, qui præclaros artis fructus alijs ſunt impertiti, quam qui domi occultatos tenuere: adhuc tamẽ ſupererãt anguſtiæ, ſi in hoc partu

caruiſſem celebratiſſimo
defenſore, qui nominis
ſplendore, eximia virtu-
te,miroq́; etiam erga me
amore eſſet affectus: Tu
ille es:Qui ſplendore, &
auctoritate præfulges, à
cuius conſilio, & pru-
dentia Reipub. negotia
ſumma cum nominis
tui immortalitate depen
dent,Qui Reipub. admi-
niſtrationem cum ſtu-
dijs ſciẽtiarum omnium
coniunxiſti, quod inter
cætera tua admiranda
de-

demonstrant preclara il-
la tua monumenta Hi-
storiarum, necnon de
Ciue, quæ in tuo muſeo-
lo abdita inter quamplu
rimas alias tuas diuinas
lucubrationes publicæ
litteratorum vtilitati
præripis, eorum autem
editionem, ac vſum om-
nes maximo affectu, ſum
maq; auiditate anhela-
mus: Tu ille es, qui me à
primis ſtudiorum exor-
dijs in fidem, ac tutelam
tuam recepiſti, quadra-

a 6 gin-

gintaq́; annorũ ferè cur-
riculo vſque ad hodier-
num diem amore proſe-
cutus es: vndè ſingulari
tuæ beneuolentiæ, ac
gratiæ accepta refero in-
numera beneficia tum
meo, tum amicorum
nomine impetrata: Ac-
cipe igitur Senator Am-
pliſſime hãc, quam mul-
torum annorum curſu
peperi fæturam, eamq́;
qua polles auctoritate
contra proteruam Zoi-
lorum caterũa pro ſum-
ma

ma tua humanitate tueri,& perpetuò defendere non desinas.

Dat. Venet. Kal. Nouẽb. Anno salutis 1614.

AD



AD LECTOREM.



NOuum atque inauditum est in medicina posse quẽpiã ad exactam perspirationis insensibilis ponderationem peruenire: nec quisquam Philosophorum, nec Medicorum vnquam hanc medicæ facultatis particulam aggredi ausus est: ego verò primus periculum feci, &

(nisi

(nisi me fallat genius) artem ratione & triginta annorum experientia ad perfectionem deduxi, quam consultius iudicaui doctrina Aphoristica quam diexodica describere, primò ad imitationem magni nostri Dictatoris, cuius vestigijs insistere gloriosum semper duxi: deinde id feci quasi necessitate impulsus, quandoquidem ipsa experimenta, quibus quotidie assiduis multorum annorum studijs incumbebam, ita me ad hanc doctrinæ formam Aphoristicam manu quasi ducebant, vt Aphorismos optimè inter se

con-

connexos miro hoc ordine digesserim, eo plane modo quo apes primum mel ex varijs floribus delibant, & deinde in apiarijs per ædicularum suarum fauos elaboratum miro ordine disponunt.

De vtilitate autem artis nihil dicam, cum neminem lateat, quantum in medendo ponderis habeat insensibilis perspirationis cognitio: solum hoc vnum benignum Lectorem admonitum velim, cum sic se ferant res humanæ, vt res nouas inuidia opprimere potius quam studio illas promouere conentur, scio multos

non

non ſolum vulgares, ſed etiam ex literatorum cenſu, non veritatis amore ductos, ſed ambitionis æſtro, aut vana contradicendi libidine, aut inuidiæ ſtimulo impulſos, contra artem hanc nouam inſurrecturos, eamq; grauiter detractaturos eſſe, licet ne nomine quidem tenus artem ipſam ſalutauerint: Verum illis omnibus, ſi veritatem sectari deſiderant, ita ſatisfaciam, vt veritatem ipſam ſinceram ac puramputam non ſolum animo & intellectu percipiãt, ſed oculis etiam ac ipſis quaſi manibus palpent, ſi modo

quæ-

quæcumq; de insensibilis perspirationis ponderatione, deque eius caussis, de tempore, de commodis & incommodis, de excessu & defectu, de aere, cibis, & potibus & aliis sex rebus non naturalibus impedientibus vel promouentibus perspirationem, & quæcumque alia in hoc libro tradidi, ea ad rigorosæ trutinæ examen reuocent.

Neque fastuoso supercilio hanc trutinam paruifaciant, vel contra præstantissimam artem inania sciolorum more diblaterent, quippe eos non alio responso dignos putabo

quam

quam postica illa Persij sanna, qui Andabatarum more cæcutientes veritatem mordicus perosi, non sese Eubæos solum, aut Cordubenses in percipienda veritate, sed ineptissimos Aristarchos in reprehendenda demonstrant.




In laudem
SANCTORIANAE ARTIS

Carmen Octauij Menini.

LEgi hunc aureolum tuũ Libellum,
SANCTORI, insolitæ repertor
Artis.
Lecto hoc aureolo tuo Libello,
Dixi protinus. Hic vel ipse Phœbus
Est certe, sobolesvè magna Phœbi:
Ipsam qui Lachesim potis morari,
Ipsam qui potis est fugare Mortem.
At Tu Patria nostra, Cesar ipse
Cui nomen dedit inclytum, superbi;
Tali pignore Læta, tali Alumno;
Falsò quem sibi vindicabat ISTER.



DO-



DOMINICI DE BONIS
Medici & Philosophi Veneti


TETRASTICHON

In laudem nouæ Artis Sanctorianæ.

EST ars SANCTORII, qua mensurare recessus.
Naturæ monstrat, qua fugienda docet.
Hanc adeas Lector, dubiæ producere vitæ
Stamina si exoptas, statica scripta legas.



AD




AD DETRACTATORES

Carmen

Anonymi Cuiusdam.

Qvo mage florentem conaris pondere palmam
Deprimere, obnitens hoc mage tollit onus.
Quo mage SANCTORII tentas conuellere famam
Hoc magis ingenio crescit & arte cluet.



COPIA.

Gli Ecc.Sig.Capi dell'Ecc.Conſ.de' X. infraſcritti hauuta fede dalli Signori Reformatori dello Studio di Padoa per relatione a loro fatta dalli due à queſto deputati, cioè del R.P.Inquiſit. & dal Circ.Secretario del Senato Gio. Franceſco Marcheſini con giuramento, che nel libro intitolato De Statica Medicina ſectiones ſeptem D.Santorij Santorij Fiſici, non ſi troua coſa contra le leggi, & è degno di ſtampa, concedono licentia, che poſſa eſſer ſtampato in queſta Città.

Dat.Die 11. Octobris 1614.

D.Giac.da cà da Peſaro
D.Lorenzo Marcello } Capi dell'Ec. Conſ.di X.
D.Piero Barbarigo

Illuſtr.Conſilij X.Secretarius
Barthol. Cominus.

1614.adi 20.Ottobre.
Regiſt.all'off.Ecc.della Biaſt. nel libro ordinario à c.186. terg.

Alberto Zantani Secr.

rare first edition of this famous booklet, [illegible] the foundation to the



DE PONDERATIONE INSENSIBILIS PERSPIRATIONIS

SECTIO PRIMA.

APHORISMVS I.

SI quanta, & qualis oporteat, quotidie fieret additio eorum quæ deficiunt, & ablatio eorum quæ excedunt, ſanitas amiſſa recuperaretur, & præſens ſemper conſeruaretur.

II.

Si medicus, qui præest aliorum ſanitati, ſit ſolum capax additionis, vel euacuationis sẽſibilis, & neſciat quanta quotidie illorum ſit perſpiratio inſenſibilis, illos decipit, & non medetur.

III.

Ille ſolus, qui ſciet quantum, & quando magis, vel minus corpus occultè perſpirat, penetrabit quantum, & quando erit addendum, vel auferendum pro ſanitate conſeruanda, & recuperanda.

Per-

IIII.

Perspiratio insensibilis sola solet esse longe plenior, quam omnes sensibiles simul vnitæ.

V.

Perspiratio insensibilis vel fit per poros corporis, quod est totum transpirabile, & cutem tanquam nassam circumpositam habet, vel fit per respirationem per os factam, quæ vnica die ad selibram circiter ascendere solet; hoc enim indicant guttæ in speculo, si ori apponatur.

VI.

Si cibus & potus vnius diei sit ponderis octo librarũ, transpiratio insensibilis ascendere solet ad quinq; libras circiter.

VII.

Quantitas perspirationis insensibilis aliquam varietatem patitur pro varietate naturæ, regionis, temporis, ætatis, morborum, ciborum, & aliarum rerum non nàturalium.

VIII.

Ex corpore manè ponderato antè, & post excretionem sensi-

sensibilem, quanta fuerit nocturna perspiratio, & sensibilia excrementa, facillimè intelligitur.

I X.

Si corporis pondus plus solito augeri incipiat sine maiori cibi, vel potus additione, vel sensibilium excrementorũ retẽtione, facta est adiapneustia.

X.

In eadem salubritate corpus conseruatur, quando ad idem pondus sine vlla insolita euacuatione sensibili regreditur: sin verò ad idem pondus per so

lito plenius lotium, vel ſeceſſum reducitur, incipit à priſtina elongari ſalubritate.

XI.

Si ex ſtaticis deprehendatur, impeditam eſſe perſpirationem, diebus ſequentibus vel ſuccedet plenior perſpiratio, vel aliqua euacuatio ſenſibilis plenior, vel cachexiæ veſtigiũ, vel febris.

XII.

Non poſſunt ſtare ſimul multa perſpiratio, & multa, ſolitoq; maior ſenſibilis euacuatio.

Si

XIII.

Si quis plus iusto sensibiliter euacuat, minùs iusto perspirat.

XIV.

Crassa excernere, meiere, vel sudare plus iusto, & perspirare minus, malum.

XV.

Si corpus ad idem pondus quotidie reuertatur, nulla facta mutatione in perspirabiliũ euacuatione, non indigebit crisi, sanumq; conseruabitur.

XVI.

Malæ qualitates introdu-cũtur, dum corpus vno die est unius ponderis, altero alterius.

XVII.

Illud pondus est vnicuique salubritatis norma, quo, dum accliuia ascendit, se solito le-uiorem persentit.

XVIII.

A copia oriuntur malæ qua-litates, sed non viceuersa.

XIX.

Pondus, necnon copia minui-

tur

tur, aut euacuatione crudi sensibilis, vel insensibilis, aut cocti sensibilis, vel insensibilis: hæc est salubris, illa tollit copiam, sed relinquit malam qualitatem.

XX.

Transpirationis insensibilis duæ sunt species: altera fit statim à somno, facta cōcoctione, & post hanc augentur vires; altera, in vigilia: & hæc eleuatur à crudo succo, & ob hanc flaccescunt: fit enim cum maiori, vel minori violentia, prout maior, vel minor est vigiliæ motus.

XXI.

Perſpiratio, quæ ſalubriter aufert è corpore multum, idq; inutile pondus, non eſt quæ cum ſudore fit, ſed ille halitus inuiſibilis, qualis hyeme vno die naturali ad quinquaginta vncias, & vltrà exhalare poteſt.

XXII.

Inuiſibilis perſpiratio fit viſibilis, vel quando nutrimentum eſt nimium, vel quando calor languet, vel ob motum violentum.

XXIII.

Perſpiratio inſenſibilis iuncta cum ſudore, mala: quia ſudor fibrarum vires diminuit: dicitur aliquando bona, quia à maiori malo diuertit.

XXIV.

Quantò ſubtilior, & ſine madore eſt inuiſibilis perſpiratio, tantò ſalubrior.

XXV.

Liquida omnia excrementa ſunt grauiora; fundum petunt: craſſa ſunt leuiora, & innatant, qualia ſunt fœces

duræ, crassæ, sputamina, & alia id genus.

XXVI.

Liquida excrementa plus poneris, data magnitudinis paritate, à corpore auferunt, quã dura, & consistentia.

XXVII.

Liquida quoq; cibaria sunt ponderosiora, & solida leuiora: panis, caro leuia; vinum, iusculum grauia. Tanti ponderis est vini cyathus, quanti vnus integer panis mole ferè triplo maior.

XXVIII.

Illa viuentis conditio, dum ſentitur corpus oneroſum, quādo non eſt, peior eſt, quàm illa, dum ſentitur quando eſt.

XXIX.

Corporis viuentis pondus eſt æquiuocum: ſimul enim ſtare poſſunt corpus, eſſe ſolito oneroſius, & ſe perſentire leuiorem, & verſauice, corpus ſcilicet eſſe factum ſolito leuius, & ſe grauiorem perſentire.

XXX.

Si hæc duo ſimul conſpiraverint,

uerint, alterum quod homo ſe ipſo leuiorem ſentiat, alterum quod reuerà non ſit leuior, indicabunt ſtatum ſaluberrimũ.

XXXI.

Corpus, quod acquirit minus pondus latitudinis ſuæ ſalubritatis, eſt peioris conditionis, quam illud, quod acquirit maius pōdus ſuæ ſalubritatis.

XXXII.

Dum corpus ob animi, vel corporis motum redditur minoris ponderis, ſtatim redditur minoris virtutis: quod non contingit, ſi reddatur minoris

ponderis

ponderis à ſomno poſt factam concoctionem.

XXXIII.

Si abſque præcedenti violentia pondus fiat minus, & vires cadant, id accidit, quia non remittitur quantum amittitur.

XXXIV.

Tribus modis tantum animal fit debile, vel dum pondus corporis augetur, nulla facta virium reſolutione: vel dum reſoluuntur vires, eodem corporis pondere perſeuerante: vel dum vires, & pondus cadunt.

Laſſi-

XXXV.

Lassitudo illa, quæ fit, dum corpus redditur minoris roboris, & minoris ponderis, est alijs periculosior: pondus enim est roboris species.

XXXVI.

Pondus corporis indit nobis robur, vel dum trahimus aliquid deorsum, uel dum utimur uectione, uertigine, uel pulsu.

XXXVII.

Senis robur sæpè à corporis pondere magis, quam à viribus

bus dependet: uetus animal exigui ponderis potest diu uiuere, sed non potest esse robustum.

XXXVIII.

Si à somno corpus redeat ad consuetum pondus absque omni sensu molestiæ, bonum; signnm enim est perfectæ concoctionis: si verò cum molestia, malum.

XXXIX.

Corpus ob externa errata non labitur in morbum, nisi

anteà

anteà aliquod viſcus habeat præparatum: præparatio hæc cognoſcitur ex ſolito maiori, ſeù minori pondere, non ſine aliqua præcedenti moleſtia acquiſito.

XL.

Natura, dum in perſpirandi officio eſt impedita, incipit ſtatim in multis deficere.

XLI.

Dum caput dolore grauatur, ſtatim corpus incipit minùs perſpirare, & ponderoſius reddi.

Prima

XLII.

Prima morborum semina tutiùs cognoscuntur ex alteratione insolitæ perspirationis, quam ex læsis officijs.

XLIII.

Si ex ponderatione videris, consuetum perspirabile retineri, & in sudorem, vel lotiũ post aliquot dies non facessere, inde cognosces, retentum prænuntiare futuram putredinem.

XLIV.

Si verò ex ponderatione vi-

deris

deris ob causam violentã perspirabile plus solito euolasse, scias in locum perspirabilium violenter euacuatorũ statim cõfluere cruda, & in meatibus minimis impingi.

XLV.

Quæ impinguntur, si fieri possint secundum omnes partes fluxilia, seu perspirabilia, bonum: sin minus, pars continens prius fit dura, coriijq; specimen referens, & deinde scirrhosa.

XLVI.

Si perspirabile neque à natura, neque à calore febrili resoluere-

solueretur, corpus illicò ad malignam febrem præpararetur.

XLVII.

Febricitantes in peius æquè incidunt, si à medico imperito medicamentis importune exhibitis illorum perspiratio diuertatur, ac si ab erratis ægrotantium.

XLVIII.

Cassiæ pauxillum non diuertit perspirationem, non lædit vires, sed solum aufert è corpore inutile pondus: aliæ verò medicinæ magis euacuant, &

remo-

remotiores partes attingunt, & corpus magis leue efficiunt: cibus tamẽ, & potus ſubſequẽs implent euacuatos meatus, inde aluus, & veſica exiccantur; & paulò poſt corpus ſæpè ponderoſius redditur.

XLIX.

Quilibet corporis dolor, ſiue labor cocti perſpirabilis tranſitum impedit.

L.

Quoduis frigus minimum quidem, quod noctu dormiendo patimur, impedit perſpirationem.

Una

LI.

Vna ex frequentioribus causis, quæ tempore æstiuo impedit transpirationem, est crebra in lecto corporis agitatio.

LII.

Tres sunt internæ causæ prohibitæ perspirationis, occupatio naturæ, diuersio, & vires imbecilles.

LIII.

Hinc ex staticis patet in die medicinæ, & ab assumpto cibo trium horarum spatio exiguã fieri perspirationem: in die medicinæ

dicinæ intẽta est natura eua-cuationi sensibili: ab assumpto cibo primæ concoctioni.

LIV.

Influxu, & vomitu prohibetur perspiratiò, quia diuertitur.

LV.

Amictus valdè onerosi sunt impedimẽto perspirationi, quia vires debilitant.

LVI.

Non qualibet hora corpus eodem modo perspirat, quia ab assumpto cibo quinque horis

ris libram circiter perſpirabilis magna ex parte exhalare ſolet, à quinta ad duodecimã tres libras circiter, à duodecima ad decimamſextam (quo tempore occaſio eſt alendi, vel medicandi) vix ſelibram.

LVII.

Qui nutritur, vel medicamẽtis euacuatur horis maioris perſpirationis, quales sũt vt plurimũ matutinæ, maximè læditur, quia à cibo, & à medicamẽto maximè diuertitur pſpiratio.

LVIII.

Magis occulta, & inſenſibilis

bilis perſpiratio nos ſubleuat, quam omnes ſenſibiles ſimul vnitæ; à ſomno. n. antè excretionem ſenſibilium excrementorum quiſq; ſentit ſe leuiorem, quia reuerà factus eſt leuior ſolito tribus libris circiter.

LIX.

Spatio vnius noctis ſexdecim vnciæ lotij plus minusuè: quattuor coctorum excrementorum per aluum, quadraginta & vltra per occultam perſpirationem euacuari vt plurimum ſolent.

Plu-

LX.

Pluribus vnica die naturali per insensibilem perspiratione tantum euacuatur, quantum per aluum quindecim dierum cursu.

LXI.

Ut quid nostratum plurimi in omni ægritudine solum per aluum, vel per vrinam euacuandum sibi proponunt, & de insensibili perspiratione vix cogitant?

LXII.

Si magis solito noctu pærspi-

raueris, ſed ſine ſudore, atq; omni moleſtia, perſuaſum te habeas de optima valetudine.

LXIII.

Tunc quam maximè recedimus à morbo, quando peruenimus ad medium latitudinis põderis ſalubris, non ob euacuationem ſenſibilem ſpontaneã, vel à medico factam, vel ob ieiunium, ſed ob perſpirationem inſenſibilẽ, quæ fit à ſomno poſt optimam coctionem:

LXIV.

Quanta conueniat perſpiratio cuilibet, vt conſeruetur,

in statu saluberrimo, sic dignosces. Obserua manè post aliquam pleniorem cænam illam maiorem perspirationem, quæ in teipso duodecim horarũ spatio fieri possit: esto esse quinquaginta vncias: alio mane; sed post ieiunium, hac tamen lege, ne in prandio præteritæ diei excesseris, idem obserua; ponamus esse viginti; hoc præcognito, eligas illam cibi, & aliarum causarum non naturalium moderationem, quæ te ad medium inter quinquaginta & viginti quotidie ducere poterit; medium erit triginta quinque vnciarum; hoc modo

ſaniſſimam , & diutiſſimam ſeù centum annorum vitam duces.

L X V.

Corpora quoq; virorum ſana & moderatiſſimo victu vtẽtia ſingulis mẽſibus fiunt ſolito põderoſiora, vnius ſcilicet duarumvè librarum pondere, & redeunt ad conſuetum pondus circà finem menſis, ad inſtar mulierum , ſed facta criſi per vrinam paulò copioſiorem, vel turbidiorem.

LXVI.

Ante dictã criſim menſtrua- lem

lē a somno factā, vel grauitas capitis, vel corporis lassitudo persentitur, & deinde paulò copiosiori vrina euacuata omnia sedantur.

LXVII.

Causæ externæ, quæ prohibere solent perspirationē, sunt aer frigidus, cænosus, & humidus: natatio in frigida, cibi crassi, & viscidi; intermissio exercitij corporis, vel animi & in robustis nimia abstinentia à coitu.

LXVIII.

Frigus externū. prohibet per

ſpirationem in debili, quia eius calor diſſipatur: in robuſto verò auget: calor enim ad imum retrahitur, duplicatur, & deinde natura roboratur, quę deinde retenti perſpirabilis pondus è veſtigio abſumit, & corpus fit & ſentitur leuius.

LXIX.

Stabilior, & diuturnior eſt ſanitas illius corporis, cuius pondus multorum annorũ curſu neq; augetur, neq; minuitur, quam cuius pondus annuatim variatur.

LXX.

Reditus ad consuetam grauitatē crudorum succorum additamento est malus: coctorū verò est saluberrimus.

LXXI.

Sanum fieri minoris ponderis solito, eadē supposita viuēdi ratione, malū: amissum .n. quod erat salubre non est remissum.

LXXII.

Excrementa alui concocta sunt multæ molis, sed exigui ponderis: supernatāt ob aerem inclusum, & quæ vna vice

excernuntur, nunquam libræ trientem excedunt.

LXXIII.

Si vnica die ob aliquod erratum libra perspirationis retineatur, natura triduo solita est illud retentum insensibiliter expurgare.

LXXIV.

Tunc natura multum insensibiliter euacuat, cum per oscitationes, & artuum extensiones retentum perspirabile excernere conatur.

LXXV.

Perspirabile habet duas partes, leuem scilicet, et ponderosã.

LXXVI.

Ponderosa pars adeò affluit, vt ex ipsa generentur animalia, vt cimices, pediculi, & alia id genus.

LXXVII.

A parte perspirationis ponderosiore contagiosæ infectiones vnam cubantium prouenuint: leue enim euolat: ponderosum verò adhærens coinquinat.

LXXVIII.

Quibus aliquid perſpirabilis in vehementiſſimis caloribus æſtiuis exhalare prohibetur, calor eſt moleſtus: quibus verò perſpiratio omni ex parte eſt libera, calor non moleſtus.

LXXIX.

Differt maius pondus à minori æquè ſalubri, quia maius plus accelerat ſenectutem: eſto aliquẽ frui valetudine cũ pondere ducentorũ pondo æq; ac cũ ducentis quinq;: obſeruauimus exceſſum illorum quinque magis accelerare ſenectutem.

Caro

LXXX.

Caro animata cur uiuit & nō putrescit vt mortua? quia quotidie renouatur. Cur pueri diutius quā senes viuere possunt? Quia sæpius possunt renouari incipientes ab infimo totius latitudinis pondere vsque ad vltimum: sunt enim plurimorum salubriū ponderū capaces. Senes cur necessario moriūtur quia solum vltimorum ponderum sunt capaces; sed cur solum illorum? quia fibræ illorum sunt duræ, & vt tales non possunt amplius renouari; vnde mors.

Qui

LXXXI.

Qui ægritudine perniciosa corripiũtur, cur sanantur, quia multorum ponderũ salubrium sunt capaces; à corporib. enim ægritudines triginta libras auferũt plus minusve, prout corpora magis vel minus repleta sunt, & prout ægritudo magis vel minus calida, & longa existit.



DE AERE, ET AQVIS.

SECTIO SECVNDA.

APHORISMVS I.

AEr frigidus, & lauacra frigida corpora robusta calefaciunt, eaq; auferendo superfluũ reddunt leuiora. debilia refrigerant, eaq; vincendo calorem ponderosiora efficiunt.

II.

Aer calidus, & lauacra actu cali-

calida, niſi obſtent cruda, iuuant quoque perſpirationem, refrigerant interna viſcera, & corpora efficiunt leuiora.

III.

Aer externus per arterias in profundum corporis penetrãs, poteſt reddere corpus leuius, & grauius: leuius ſi tenuis, & calidus: grauius, ſi craſſus, & humidus ſit.

IV.

Quanta ſit aeris ponderoſitas, colligitur primo ex maiori, vel minori grauitate aluminis fæcum prius exiccati in ſole,

&

& deinde aeri nocturno expositi. Secundo ex eo quia sentiamus maius frigus, quam quod obseruetur in instrumento temperamentorũ: aeris enim humiditas, seù ponderositas nobis est lima frigiditatis. Tertio ex maiori, vel minori incuruatione tabulæ subtilissimæ præcipuè ex piro. Quarto ex contractione cordarum testudinum, vel ex cannabe.

V.

Quanta sit aquæ ponderositas, facilè intelligitur, si graue perpendatur in aqua; illa. n. est leuior, & per consequens salu-

ſalubrior, in qua graue magis grauitat: illa verò in qua minùs, eſt ponderoſior, & inſalubrior.

V I.

Aqua grauior, & aer cænoſior, & ponderoſior conuertunt inuiſibilem perſpirationē in ichorem, qui retentus, & deinde non reſolutus magna ex parte in cachexiam faceſſere ſolet.

V I I.

In aere frigido ſalubri prohibetur quoque perſpiratio, dēſantur meatus, ſed roborantur

fibræ,

fibræ, & perspirabilis retenti pondus nec lędit, nec sentitur.

VIII.

In cænoso prohibetur perspiratio, meatus implentur, sed nõ densantur, fibrę laxantur, non roborãtur, & pondus perspirabilis retẽti lædit, & sentitur.

IX.

Si aeri æstiuo frigus superueniat, illa die, supposita eadẽ bibendi libertate, tertiã partem circiter perspirationis exire prohibet, quę nisi fiat sensibilis, facile ad putredinem, vel ad cachexiam disponit.

Pro-

X.

Prohibita perſpiratio facta ab improuiſa frigiditate magis nocet debilibus, quam a ſenſim prohibita.

X I.

Ob aerem frigidum ſuperuenientem calori, veſtibus denudatus, minùs duabus libris circiter diei curſu perſpirare ſolet, nulla ab ipſo animaduerſa moleſtia.

X I I.

Aura iucunda, & frigiduſcula corporibus excalefactis

magis

magis nocet, quam aeris vel aquæ frigus in excessu: illa enim non reddit corpus leuius, sed obstruit, & laxat, hoc obstruit & roborat, & inde minus ponderosa corpora fiunt.

XIII.

Malæ aeris, & aquæ conditiones quando ad malignam putredinē disponunt, eorum pōdus magna ex parte non animaduertitur; quasi quod ab eorum corruptela nerui fortiores fiāt, perinde ac in phreneticis.

XIV.

Natatio in frigida post exer- citium

citiũ violentum eſt iucundiſſima, ſed mortifera: motibus.n. oppoſitis nihil pernicioſius.

XV.

Quod proditorie diſponit viſcera ad malum, ſæpè nec graue, nec iniucundum videtur.

XVI.

Aura iucunda, & auſtrina cum exercitio violento ſæpè mortifera: ab aura.n. adiapneuſtia, ab exercitio acrimonia.

XVII.

Qui quærunt à cœna aurã frigiduſculã magis quam par
ſit,

ſit, perſpirabile partis veſte nō indutæ exire prohibetur, nocte verò, vel die poſtero plurimi ſolent pati dolorem capitis grauatiuum.

XVIII.

Si corpora derepente trāsferantur ab aere calido in frigidum, læduntur; quia redduntur maioris ponderis quā par ſit; a frigido in calidū lędūtur, quia fiūt minoris roboris.

XIX.

Debiles magis hyeme, robuſti æſtate perſpirabile retentum in vrinam conuertunt.

Ven-

XX.

Ventilabrum prohibet perſpirationem, reddit caput ponderoſius, & calidius.

XXI.

Ventus vt cute frigidior ſemper obſtruit, & ſemper lædit, ſed magis caput, quia magis exponitur.

XXII.

Ex anni tempeſtatibus in vniuerſum ſiccitates aſſiduis imbribus ſalubriores, reddũt enim corpora leuiora.

Aeſtate

XXIII.

Æstate corpora temperata sunt minoris ponderis, quam hyeme tribus libris circiter.

XXIV.

Aestate lassitudo sentitur, non quia corpus sit maioris ponderis, sed quia sit minoris roboris.

XXV.

In aere calido corpus est minoris roboris, tum quia cum perspiratione exhalat aliquid bonorũ spirituũ, tum quia calor non est concentratus.

XXVI.

Per totam cutim digeritur ſemper aliquid à calido, quod ſecum etiã aliquid interni probi humoris aufert.

XXVII.

Aeſtate calore vexamur, nõ primò & per ſe propter aeris caliditatem, quælibet n. corporis pars eſt aere æſtiuo calidior, ſed quia in aere æſtiuo non eſt tanta frigiditas, vt naturalis calor ſufficienter concentretur, quo fit, vt ità diffuſus minus poſſit perſpirabile ſua natura calidum inſenſibiliter

excer-

excernere; quod retentum redditur acre, & est in causa ut magno vexemur calore.

XXVIII.

Dum corpora in summo æstu ob somnum nocturnum, vel diurnum abundè perspirant, vel sudant, redduntur leuiora, & nullo illa die vexantur calore.

XXIX.

Aestiuo calori superueniente frigore eodem die, libra circiter excrementorum insensibilium magna ex parte difflari prohibetur.

XXX.

Si æſtas fiat ſimilis veri, vt corpora reducãtur ad põdus æſtati debitũ, excitãtur ſudores.

XXXI.

In æſtatis initio, ſi derepente vehemẽs æſtus ſuperueniat, fiũt laſſitudines, quæ, licet poſt aliquot dies æſtus magis vrgeat, nõ perſeuerant, quia minuitur corporis ꝑſpirabilis põdus.

XXXII.

Eadem virtus minus laborat cum minori quàm cũ maiori corporis pondere.

Per-

XXXIII.

Perspiratio vi aeris, vel aquæ calidæ excitata nocet, nisi eius maleficium longè maiori beneficio compensetur.

XXXIV.

Aestate interdiu: hyeme noctu corpora robusta magis pspirãt.

XXXV.

Adiapneustia, quæ æstate malignam febrem, hyeme vix minimam alterationem efficere potest: corpora enim acriori perspirabili æstate referta sũt quàm hyeme.

XXXVI.

Dormitio æſtiua detecto corpore, vel ſub dio magna ex parte diſponit ad putredinem, prohibendo perſpirationem.

XXXVII.

Adiapneuſtia non calefacit interna viſcera, niſi perſpirabile fiat acre ob moram, vel à calore extraneo, vel à motu violento.

XXXVIII.

Dum frigus ſuperuenit calori æſtiuo, nimij coitus noxa vix percipitur, ſi verò aer ite-
rum

rum incalescat, detrimentum præteriti erroris non leue sentitur.

XXXIX.

Coitus non immoderati maleficium, aere frigido concentrante calorem, æquali beneficio compensari solet.

XL.

In noctibus æstiuis corpora ad febrē maxime disponuntur ob aeris varietatem: ineunte enim nocte aer est accensus: intempesta verò nocte est temperatior: in aurora frigidus, vndè solitum perspirabile in

correptis somno & stragulis denudatis cohibetur, & corpora ponderosiora fiunt, quod noctibus hyemalibus non euenit.

XLI.

Ab æquinoctio autumnali ad solstitium hyemale qualibet die minus libram circiter perspiramus, inde vsq; ad æquinoctium vernale incipimus liberius perspirare.

XLII.

Autumnus insalubris, tum quia perspiratio à superuenien te frigore prohiberi solet, tum

quia

quia quod difflari prohibetur, acre, & mordax fit.

XLIII.

Vitantur ægritudines autũnales, si corpus autumno non fiat maioris ponderis, quam dum erat æstate.

XLIV.

Pondus sensim auctum sensim minuendum.

XLV.

Pondus corporis insolitum non vere, sed autumno auferẽdum: frigidum enim superueniens ponderi magis nocet.

XLVI.

Nulla autumno vexaberis ægritudine, si superueniēs frigus inueniet te vestibus rectè munitum, si vteris diureticis, & conseruaberis in eodē pondere, vt ante.

XLVII.

Bene munitus vestibus melius perspirat, & redditur minoris ponderis.

XLVIII.

Qui morbis ab humorum copia prodeuntibus hyeme vexari sunt soliti, purgandi sunt

autum-

autumno, & non vere, reducendiq; sunt ad pondus, quo fruebantur æstatis initio.

XLIX.

Dum vero morbi prodeunt à mala qualitate, corpora vere, & non autumno purganda; magis enim æstate, quam hyeme intenditur qualitatis malitia.

L.

Qui in fine veris præmaturè se vestibus spoliant, & autumno tardè induunt, in febres æstate, in destillationes hyeme facile incidunt.

LI.

Perſpirabile retentum vt acre febres, & eryſipelata: vt copioſum apoſtemata, deſtillationes, vel cachexiam facit.

LII.

Externum frigus concentrando calorem reddit naturam tantò robuſtiorem, quãtò vltra ſolitũ põdus ferre quoq́ue poſſit duas libras circiter retenti perſpirabilis.

LIII.

Corpora hyemis initio facile ad ſolitum pondus æſta-

tis initio magno labore ad æstiuum pondus reducuntur.

LIV.

Sanitas perseueraret vsque ad extremam senectam inculpata, si corpora quattuor anni temporibus æquali pondere semper conseruarentur.

LV.

Corpora, quorum pondera anni cursu multum augentur, & diminuuntur, valdè periclitantur:

LVI.

Quantò maior anni spatio

est

est ponderis varietas, augumentatio .s. vel diminutio, tantò est deterior illius corporis conditio.

LVII.

Ponderis augumentatio fit in principio autumni, diminutio in principio æstatis.

LVIII.

Corpora, quorum pondus augetur, magis periclitantur, quàm quorum pondus minuitur.



DE CIBO, ET POTV.

SECTIO TERTIA.

APHORISMVS I.

S*Tomachus cibo refertus si inter dormiendum absoluat primam coctionem, illius noctis perspiratio magna ex parte ascendit ad quadraginta vncias, si non absoluat, ad octodecim circiter.*

II.

Stomachus omnino vacuus, & ieiunus, licet dormiat nō perſpirat vltrà 18. vncias circiter.

III.

Tantum perſpirat corpus plenum non concoquens, quantum ferè ieiunus non habens quod concoquat.

IIII.

Cibi multum nutrientes, excepta carne veruecina, à cœna ad prandium non ſolēt perſpirare vltrà octodecim vncias.

V.

Cibi copioſi ſed tenuis nutrimenti noctis ſpatio in plurimis vltrà quadraginta vncias perſpirare poſſunt.

Ali-

VI.

Alimenta, quæ corpora conseruant grauia, sunt copiosa, vel cruda rebellia.

VII.

Quæ conseruant leuia, sunt consueta, & vaporosa.

VIII.

Caro veruecina facilè coquitur, & est vaporosa: perspirat enim noctis spatio trientem libræ magis, quàm cætera, solitaq; edulia.

Quæ

IX.

Quæ ex paſta fermentata fiunt eſculenta, non efficiunt corpora ponderoſa: longè enim facilius perſpirant, quàm rapæ.

X.

Vir ſanus occultè diei curſu tantum exhalat, quantùm per aluum dimidio mēſis, licet quotidiè coctas tamen, & conſiſtentes fæces ſemel excernat.

X I.

Stomachus plenus, & vacuus minuunt perſpirationem:

plenus

plenus eam diuertit per ciborum corruptelam, vacuus eam trahit, vt impleatur.

XII.

Plenus, quando non absoluit coctionem, ex pondere cognoscitur: corpus enim tunc minùs perspirat: vacuus vero flatibus impletur.

XIII.

Flatus nil aliud est, quam rudē quoddam perspirabile.

XIV.

Robustus ciborum plenitudinem absumit per insensibilem per-

lem perſpirationem: minus robuſtus per vrinam: debilis magna ex parte per chyli corruptelam.

XV.

Dum omittitur cæna, vacuo exiſtente ventriculo nulloque vrgente paroxyſmo, retinetur perſpirabile, & retentum fit acre, & indè corpus ad calidas ægritudines præparatur.

XVI.

Ieiunium, quod reducit corpora ad minus pondus, ſed corporibus inſolitum, malum.

Non

XVII.

Non ſolum incoctus cibus, vt quantus, reddit corpus ponderoſius, ſed etiam ut qualis, quatenus ſcilicet perſpirationẽ impedit.

XVIII.

Dum leuior ſemetipſo quis uideatur factus, & non ſit, ualdè bonum: id enim oritur à ſuccis trium coctionum exactè coctis.

XIX.

Dum tota die perſentitur leuitas; & corporis agilitas,

litas, præcessit chyli, & sanguinis coctio, & penitus exhalarunt tertiæ coctionis recrementa.

XX.

Cibus incoctus quò plenioris est nutrimenti, eò est deterior, vel quia efficit maius pondus, vel deteriorem corruptelam.

XXI.

Corpus maximè leue fit ex ciborum corruptela: liquida enim excrementa omnia magni ponderis.

Vsus

XXII.

Vsus carnis suillæ, & boletorum malus, tum quia hæc non perspirant, tum quia non permittunt cætera edulia simul ingesta perspirare.

XXIII.

Ex vsu carnis suillæ, & boletorum triente minùs solito corpus magna ex parte perspirat.

XXIV.

Melones adeò pauxillũ perspirant, vt quadrantem circiter auferant perspirationis consuetæ.

Reten-

XXV.

Retenta illorum perspiratio in vrinam, vel sudorem facessere solet.

XXVI.

Vuæ, & ficus recentes pauxillum perspirant, & aliquantulum aliorum ciborum perspirationem impediunt, fortassè quia sensibiliter euacuantur.

XXVII.

Illud genus edulij optimè perspirat, & commodè nutrit, cuius pondus in ventre non sentitur.

Cibo-

XXVIII.

Ciborum plenitudo magis nocet in otioſo, quam exercitato: viſcera enim illis grauantur quiete, exercitio uerò liberantur pondere.

XXIX.

Ab eo cibo corpus optimè perſpirat, cuius fæces exeunt conſiſtentes.

XXX.

Minùs quam lactuca nutriet caro pulli, ſi de carne ea copia edatur, vt in liquidarum fæcum corruptelam exeat.

XXXI.

Ex ponderatione noueris, quando ieiunium ſit ſalubre vel inſalubre: erit ſalubre, ſi aliquid relinquebatur de heſterno edulio perſpirandum, ſin minus, inſalubre.

XXXII.

Dum per diætam corpus reducitur ad pondus minus ſuo ſalubri minori, quod amittit de robore eſt irreparabile: quod uerò detur minus, & maius ſalubre pondus, ex 64. primi, & ex 40. huius intelliges.

Si

XXXIII.

Si ſciueris quotidie, quantũ cibi tibi conueniat, ſcies diutiſſimè virtutem, & vitam conſeruare, idq́; ex eodem aphoriſmo intelliges.

XXXIV.

Naturæ robur non parum abſumitur, dum cæna modò eſt quattuor, modò ſex librarum.

XXXV.

Illa cibi quantitas eſt ſaluberrima, dũ à cibo corpus ſuis negotijs eadem agilitate vacat, ac ſi eſſet ieiunum.

XXXVI.

Magis quoque grauatur ab octo libris cibi ſemel in die comeſtis, quam à decem tribus vicibus vnica die aſſumptis.

XXXVII.

Illa cibi quantitas eſt vnicuiq; ſaluberrima, quæ ſine moleſtia poteſt à virtute concoctrice vinci, vincitur, ſi quantum ingeratur, tantum abſumatur: hæc enim ex ponderatione dignoſcentur.

XXXVIII.

Illa cibi copia est ingerenda, quam natura potest coquere, digerere, & perspirare.

XXXIX.

Si natura posset digerere centum libras edulij, & exporrigerentur nonaginta nouem, animal propterea cursu temporis destrueretur.

XL.

Tunc cibi boni succi diutissimam sanitatem tibi promittent, quando perspirationis quantitas medium obtinebit lo

cum inter excessum, & defectum: excessus post plenam cœnam ciborum maximè perspirabilium noctis spatio magna ex parte solet esse quadraginta vnciarum circiter, defectus quattuordecim: ille igitur cibi vsus, qui te ad vigintiduas vncias, quæ est medietas, transferet, certissimam sanitatem, & longæuitatem pollicebitur.

XXXXI.

Celsi sententia non est omnibus tuta, vsu scilicet sex rerum non naturalium modo parcos, modo nimios esse debere.

XXXXII.

Corpora minori molestia reducuntur ad consuetum pōdus, si assumant quattuor ciborum libras in prandio, & quattuor in cœna distanti, vt par sit, quā sex in prandio, & duas in cœna.

XXXXIII.

Se ipsū sensim destruit qui semel in die comedit, comedat parum, vel multum.

XXXXIV.

Corpus magis ponderosum reddetur quattuor vncijs cibi

multi nutrimenti, qualis eſt caro porcina, anguillæ, & pinguia omnia, quàm ſex vncijs cibi pauci nutrimenti, vt ſunt piſciculi, pulli, auiculæ, & alia id genus.

XLV.

Cibus pauci nutrimenti ſi difficulter coquatur, id accidet ſolũ in prima coctione, multi nutrimenti in omnibus.

XLVI.

Cibus exigui nutrimenti humectat, & lenit aluum, citò digeritur, & perſpirationem dormientium, & vigilantium facilè iuuat.

Ci-

XLVII.

Cibus multi nutrimenti ſtringit aluum, niſi corrumpatur, difficilè coquitur, & parum perſpirat.

XLVIII.

Vbi eſt difficultas coctionis, ibi tarditas perſpirationis.

XLIX.

Cibus non vt fluidus debet præmitti ſed vt melioris ſucci: pylorus enim non eſt in imo, vt in canibus.

L.

Tria mala eueniunt ob ciborum varietatem; nimium comeditur; minùs coquitur: & minùs perspiratur.

L I.

Tempus minoris perspirationis est, quando stomachus est plenus, & præcipuè varietate eduliorum.

L I I.

Qui euomunt cœnam, statim tollunt stomachi molestiã: sed sequenti aurora sentiunt corpus ponderosius: vomitus.n. diuer-

diuertit perspirationem trahẽdo ad intrà perspirabile, quod vt acre lassitudinem, & calorem, vt copiosum grauitatem facit.

LIII.

Qui comedit magis, quam oportet, alitur minùs quam oportet.

LIV.

Qui in iuuentute sunt victus immoderati, ventriculum plus iusto dilatant, quò fit, vt in posterum victu moderato magna cum difficultate vti possint.

LV.

Qui ad ſtatum, & moderatum victum facilè reduci cupit, vtatur edulijs pauci nutrimenti, ſic ventriculus citò ſe illo exonerans, minori ſe accōmodabit capacitati.

LVI.

Quantū edendum noueris ſi pluribus diebus obſeruaueris corpus à ſomno ſine moleſtia ad idem pondus reduci.

LVII.

Si poſt pleniorem cœnam corpus minoris ponderis die

ſe-

ſequenti reddatur, id eueniet vel ob corruptelam, vel quia irritatur natura ad expellendum vtile, quod eſt admodũ nociuum: corpus enim præparatur ad morbos, dum vtilia euacuantur, & cruda detinentur.

LVIII.

Si cœna fuerit octo librarũ, & edulia in ventriculo corrũpantur, corpus die ſequenti erit minoris ponderis, quam ſi cœna fuiſſet trium librarum, & cibus non fuiſſet corruptus.

Edu-

LIX.

Edulia aptissima perspirationi non corrumpuntur, imò post nocturnas vigilias hominem conseruant sine lassitudine & grauitate.

L X.

Edulia nõ perspirantia obstrùctiones, corruptelas, lassitudines, mæstitias, & pondus efficere solent.

L X I.

Illa est viuentis pessimà conditio, dum facta ciborũ concoctione corpus persentitur onerosius

rosius

rosius solito, cum tamen sit minoris ponderis.

LXII.

Si quis cibi, vel potus nimietate utatur, & sequantur euacuationes sensibiles longè pleniores consuetis, corpus die sequenti fit solito leuius.

L XIII.

Edulia liquida, data molis paritate, sunt ponderosiora solidis: liquida petunt fundum: solida supernatant: cyathus vini, seu iusculi est maioris ponderis, quam integer panis.

LXIV.

Si nimius potus a ſomno efficiat oculos lacrymoſos, ſignum eſt corpus non perſpiraſſe vt par erat.

LXV.

Si poſt multam potationem ſudes, vel multum meias, aut magnum robur, aut magna infirmitas indicatur.

LXVI.

Aquæ potatio inſenſibilem perſpirationem impedit, auget tamen ſenſibilem.

LXVII.

Potatio hisce seculis intemperatis quoq; est improportionata: cibus enim illorum solet esse 12. vnciarum circiter, potus quadraginta, & vltrà.

LXVIII.

In homine vtente moderato victu perspiratio nocturna aliquando ascendit ad tres libras: in vtente plenissimo, stomacho præexistente vacuo & robusto, potest ascendere ad quinq; libras.

Ie-

LXIX.

Ieiunium corpus ſuo maiori pondere inſignitum iuuat, mediocri nocet, minori lõge magis.

LXX.

Poſt longum ieiuniúm ſi corpus liberalius nutriatur, perſpiratio redditur plenior ſolito libram circiter.

LXXI.

Poſt immoderatum exercitium corporis vel animi ſtatim veſci, malum: corpus enim defeſſum ægrè perſpirat.

Si

LXXII.

Si sobrij, & in victu temperati præmaturè moriantur, amici mirantur nouitatẽ, quia de perspiratione insensibili nil sciunt.

LXXIII.

Cibus, & potus nimius non solum retenti perspirabilis acrimoniam, sed etiam partium præcipuè non principum; prauos affectus diu occultant, qui dum corpora purgantur, vel inedia tractantur, derepente erumpunt, & in grauissimos affectus facessunt.

Medi-

LXXIV.

Medicus qui præest rationi victus Principum, si nesciat quantum & quando quotidiè perspirent, illos decipit, & non medetur, & si iuuet, casu iuuat.

LXXV.

A cibo quattuor horis circiter vix libram plurimi perspirant; indè ad nonam duas libras, à nona ad decimam sextam vix libram.

LXXVI.

Tunc erit cibandi tempus, quan-

quando corpus reducetur ad illud pondus, ſalubre tamen, quo fruebatur paulò antequam heſterno die ingeſſiſſet cibum: iſtud ſolus Apollo ſine trutina ſciet.

LXXVII.

Sin verò nocturnæ potationis pondus inſolitum, neque à robore concoctricis, neq; à corruptela die ſequēti tollatur, locum habent illa duo carmina:

Si nocturna tibi noceat potatio
uini.
Hoc tu manè bibas iterum, &
fuerit medicina.

Si

LXXVIII.

Si salubre corporis pondus à cæna est ducentarum librarum, corpus ob nimium coitum factum minus salubre, erit centum nonaginta octo librarum circiter, quia virtus illa languidior impedit, ne duæ alimentorum libræ possint saltem sine aliquo angore in pondus salubre conuerti.

LXXIX.

Cibus facilis perspirationis facilius, & longè minori angore resarcit vires coeuntium collapsas, quam difficilis, seù multi nutrimenti.

Mu-

LXXX.

Mustum aliquantulum turbidum si in ventriculo coquatur, non solum perspirat, sed maximè iuuat aliorum eduliorum perspirationem: huiusmodi virtutis sunt calida flatulenta.

LXXXI.

Cæpæ, allium, caro veruecina, phasiani, sed maximè omnium succus cyrenaicus iuuãt perspirationem eduliorum ęgrè perspirabilium.



DE SOMNO ET VIGILIA.

SECTIO QVARTA.

APHORISMVS I.



Omnus placidus adeo fauet perſpirationi, vt ſeptem horis quinquaginta vnciæ cocti perſpirabilis in robuſtis ſæpè exhalent.

II.

Dormiens ſeptem horarum ſpacio occultè, ſalubriter, & ſine

ne violentia perspirare solet duplo magis, quam vigilans.

III.

Perspiratio dormientis, quæ cum multo sudore fit, non est plenior quacumque insensibili perspiratione sine sudore.

IV.

A somno nocturno corpus sentitur minoris ponderis, tum ob vires auctas, tum ob exhalationem saltem trium librarum circiter excrementorum.

V.

Somnus inquietus impedire ſolet trientem ſolitæ perſpirationis.

VI.

In ſomno placido perſpiratio aliquando maior eſt, data temporis paritate, quàm in exercitio violento.

VII.

In ſomno matutino, ſed peracta prima coctione, libra perſpirabilium excrementorum horæ ſpatio: non peracta, nec quadrans exhalare ſolet.

Quæ

VIII.

Quæ impediunt ſomnum, impediunt quoque perſpirationem cocti perſpirabilis.

IX.

Somni breues fiunt ab acrimonia perſpirabilis retenti: perſpirabile vero ſæpè retinetur, quando natura alijs internis muneribus plus ſolito eſt occupata.

X.

Sitis quoq; obliuiſcimur, dum occupamur meiendo, vel fæces excernendo vel in alijs mu

neribus obeundis: natura enim vni rei valdè intenta, aliarum ferè obliuiſcitur.

XI.

Acrimonia perſpirabilis retenti, vel ſæpiſſimè petit caput, turbat ſomnum, & partium ſuperiorum perſpirationem diuertit.

XII.

Si quis à ſomno ſentiat brachia dolentia, vel plus ſolito defatigata, ſignificat corpus eſſe maioris ponderis quàm natura diu ferre poſſit.

XIII.

Qui dormiunt pedibus ac coxis detectis noctis spatio libra perspirabilis exhalare prohibetur.

XIV.

Perennis in lecto corporis agitatio magis agitat, quam velox cursus: in motu enim currẽtis solum musculi infernarum partium corporis, in motu iacentis musculi ferè uniuersi corporis mouentur.

XV.

Magis prohibetur perspiratio in dormientib. ab austrina

aura frigidiuſcula, quam in vi gilantibus ab ingenti frigore.

XVI.

Si ſomnus nocturnus minor ſolito ſit, exhalatio cocti perſpirabilis imminuitur, crudi vero augetur.

XVII.

A cibo facilis perſpirationis corpora potius debilia, quã ponderoſa: à cibo vero difficilis, & debilia, & ponderoſa fiunt.

XVIII.

Perſpiratio à ſomno facta differt ſpecie ab illa, quæ in vi gi-

gilia: prima est coctorum perspirabilium sine acrimonia, & cum virium leuamine, secunda est crudorum, acris, violenta, & cum labore.

XIX.

Duplo magis dormiens perspirat vigilante. Hinc illud famosum: Duæ horæ quietis in vigilante perindè iuuant, ac vna somni.

XX.

Perspirationem insensibilem cursu septem horarum in dormiēte inueni in multis esse quadraginta vnciarum circiter, in vigilante viginti.

XXI.

Qui vacuo ventriculo it cubitum, ea nocte tertiam partem minus more solito circiter perspirat.

XXII.

Biliosi, qui eunt cubitum stomacho omnino vacuo, venter & caput implentur crudis, pulsant tempora, eliquantur carnes, tensiones vehementes circa brachia, & manus oriuntur, excitatur aliquando morsus cordis, vertigines, & epilepsiæ ut accidit Diodoro.

A so-

XXIII.

A solito maiori perspiratione plenioris cænæ vsus semper somnum longiorem, & iucundiorem pollicetur.

XXIV.

Perspiratio minor solito prenuntiat somnum inquietum, & noctem molestam.

XXV.

Si à breui, & implacido somno carnes frigidæ inueniantur, & indè febricula succedat, id in debilibus mortem, in robustis morbi longitudinem magna ex parte prænuntiat.

XXVI.

Lecti mutatione somnus implacidus, & perspiratio minor fit. insolita n. licet meliora, corpus & animum lædunt.

XXVII.

Magis somniant in lecto insolito, quã in consueto iacentes.

XXVIII.

Qui dormiunt, & non somniant, benè perspirant, & versauice.

XXIX.

Somnus à cibo quattuor ho-

ris circiter est utilior: natura enim tunc minus est occupata prima coctione, meliùs remittit quod est amissum, & meliùs perspirationi fauet.

XXX.

Si à cæna quinque horis somno illicò excitatum perpenderis, vix mediam libram, si octo horis tres libras perspirasse inuenies.

XXXI.

Somno solito breuiore semper aliquid perspirationis prohibetur, quod nisi sequentibus diebus pleniore perspiratione

compenſetur, imminet febris periculum.

XXXII.

Retenta aliqua perſpirationis conſuetæ parte die ſequenti vel à prandio ſomno rapimur, & horæ ſpatio libram circiter perſpiramus: vel nocte ſequēti tantò longior fit ſomnus, quanto magis ſolito expedit perſpirare, vel in ſenſibilem criſim, vel in morbū labimur.

XXXIII.

A ſomno oſcitatio, & artuum protenſio indicant corpus maximè perſpirare, ſicuti

dicitur de gallis, ſeſe alis ante cantum percutientibus.

XXXIV.

Oſcitationes, & artuum extenſiones, quæ ſtatim à ſomno contingunt, ex copia perſpirabilium ad expulſionẽ optimè præparatorum excitantur.

XXXV.

Corpora oſcitatione, & pandiculatione horæ dimidiæ ſpatio magis perſpirant, quam tribus horis alterius temporis.

XXXVI.

Qui ægris dant ſerapia, vel medica-

medicamẽta horis optimæ perspirationis, quæ ſolet eſſe à ſomno duarum horarum ſpatio, lædunt: horis vero ſequentibus proſunt.

XXXVII.

In paroxyſmis pandiculationes, & oſcitationes non ſignificant caloris concentrationẽ, ſed excretionem acrium copioſorum perſpirabilium retentorũ.

XXXVIII.

Hora dormitionis meridianæ à cibo corpora aliquando libram, aliquando ſelibram excrementorum occultè perſpi

ra-

rabilium excernere ſolent: libram, ſi aliquid perſpirationis heſternæ diei retentum ſit: ſelibram, ſi nihil.

XXXIX.

Si aliquid heſternæ perſpirationis ſit retentum, & per ſomnũ meridianũ illud omninò nõ excernatur, ſtatim à ſomno persẽtitur magnũ capitis põdus magnusq; dolor grauatiuus.

X L.

Si quattuor horis à ſomni initio cibus corrumpatur, ſtatim hæc duo mala ſe inuicem conſequentia contingunt, prohibita perſpiratio, & vigilia.

Nul-

XLI.

Nulla causa sæpiùs somnum interturbat quàm ciborum corruptela: id efficit quæ est inter stomachum & cerebrum sympathia.

XLII.

Somnus hyeme vtilior quam æstate, non quia ventres sunt calidiores, vel somni longissimi, sed quia antè diluculum corpora fiunt actu calidiora, & vtra talia maximè pepspirant, æstate vero frigidiora.

XLIII.

A somno discursus puritas, et corporis agilitas significant, corpus illa nocte ad minùs tres libras magna ex parte perspirasse.

XLIV.

A somno meridiano capitis leuitas indicat, nihil perspirationis hesternæ diei fuisse retentum.

XLV.

Somnus externas et internas partes vniuersas humectat, quia attenuat perspirabile,

&

& valdè attenuatum per omnia membra illud dispensat:

XLVI.

Vigilia mouet à centro ad circumferentiam sanguinem, qui est minus præparatus ad perspirationem, quàm in somno correptis.

XLVII.

Somno concentrantur humores, vnitur calor influens innato, aufertur sitis, nisi prædominetur bilis, fit conuersio sanguinis in secundas humiditates, & corpora leuiora fiunt.

XLVIII.

Somno animales, vigilia vitales, & naturales languescunt.

XLIX.

Viglia animales roborantur, vitales, & naturales languescunt.

L.

Per somnum magis interiora incalescunt, ipsaq; magis leuiora fiunt. Per vigiliam magis exteriora incalescunt, ipsaq; magis leuiora fiunt.

L I.

Per nimium ſomnum interiora & exteriora frigeſcunt, humores impinguntur, redduntur imperſpirabiles, & corpora ponderoſiora fiunt.

L I I.

Corpora bilioſa per nimium ſomnum valdè læduntur, non quia recrementa tertiæ coctionis fiunt imperſpirabilia, ſed quia fiunt mordacißima, feriuntq; deinde caput, & alia viſcera.

In dor-

LIII.

In dormientibus ſtragulis detectis magis impeditur perſpiratio, quàm in vigilantibus veſtib. denudatis, cùm ob quietem dormientium, tùm quia calor externarum partium refugit ad intra.

LIV.

Inſolita vigilia reddit corpora primis diebus ponderoſiora & debiliora: ponderoſiora quia poſt euacuationem excrementorum perſpirabilũ relinquitur crudus ſuccus per ſe, & per accidens pŏderoſus: debiliora,

ra, quia ubi est cruditas, ibi non fit conuersio, & per consequens virtutes languescunt.

LV.

Si somnus post vigiliam immoderatam fuerit septem horarum, perspiratio erit maior consueta ad libram circiter.

L V I.

Vigiliæ perseuerantia reddit corpora minus ponderosa, nõ ob maiorem perspirationem, vel euacuationem sensibilem, sed quia quantum amittitur pingue-

pinguedinis & carnis, tantum non remittitur.

LVII.

Horis matutinis corpus, est, & sentitur minùs graue: est, quia per somnum præcedentẽ tres libræ excremẽtorum perspirabiliũ exhalarũt: sentitur, tum quia est leuius: tum quia per coctionẽ ciborũ facilè perspirabilium auctę sunt vires.

LVIII.


Corpus vigilia insolita reddi potest maioris ponderis, si cibus, quo alitur, sit perspirationi ineptus.

Tam

LIX.

Tam copiosa est corporis exhalatio in dormientibus, vt non solum ægri cum sanis cubantes, sed sani inter se bonas vel malas dispositiones sibi ipsis inuicem communicent.





DE EXERCITIO ET QVIETE.

SECTIO QVINTA.

APHORISMVS I.

IN motu violento corpus occultè minus perſpirat, quàm in aurora poſt nouem vel decem horas ab aſſumpta cœna.

II.

Quod in motu violento per poros euacuatur, eſt ſudor & perſpirabile occultum: ſed vt

violentum magna ex parte eleuatur ex incoctis succis: raro enim tantum cocti perspirabilis in corpore colligitur, quantum per violentiam euacuatur.

III.

Sudor semper est à causa violenta, & vt talis, (sicut Statica experimenta docent) impedit coctorum perspirabilium occultam excretionem.

IV.

Longe magis perspirat corpus in lecto quiescens, quam

in

in lecto frequenti & crebra agitatione circumuolutum.

V.

Longo itinere minus defatigantur hilares, & iracundi, quàm timidi, & mœrentes: illi enim magis salubriter, hi vero minus perspirant.

VI.

Corpora quæ à nimio exercitio illico cibantur, læduntur: quia, vt defessa, & cibo grauata minus perspirant.

VII.

Exercitium post septimam

vſque ad duodecimam horam ab aſſumpto cibo, magis reſoluit inſenſibiliter horæ ſpatio, quam tribus horis alterius temporis.

VIII.

Euacuatio inſenſibilis quæ fit ab exercitio violento, impedit ne ſucceſſiuè remittatur, quod amittitur: imo ſi eadem perſeuerauerit violentia, corpus reddetur adeo leue, vt in pluribus de futura tabe verendum ſit.

VIV.

Exercitio corpora leuio-

ra fi-

ra fiunt: omnes enim partes, præcipue musculi, & ligamenta motu ab excrementis purgantur: perspirabile ad exhalationem præparatur, & spiritus tenuiores fiunt.

X.

Motus præparat corpora ad excretionem excrementorum sensibilium et insensibiliũ: quies magis ad insensibilium.

XI.

Si corpus à cœna in lecto quieuerit decem horarum cursu optimè perspirabit:

Si adhuc diutius quieuerit, statim incipiet diminui, tum sensibilis, tum insensibilis excretio.

XII.

Quies longa efficit corpora ægrotantia ponderosiora, tum quia perspirabilia excrementa motu ad excretionem præparantur; tum quia quiete cibi & potus, si insoliti sint vel debito copiosiores vt in ægris accidit, non digeruntur, & inde omnia mala, & sæpissime mortes eueniunt.

XIII.

Si diu iacenti dolores pedum super-

superueniant, remedio est ambulatio: si iter facienti, quies.

XIV.

Duo sunt exercitia, alterum corporis, & alterum animi: corporis euacuat sensibilia excrementa, animi insensibilia magis, & præcipue cordis & cerebri, vbi sedet animus.

XV.

Nimia animi qüies magis probibet perspirationem, quã corporis.

XVI.

Animi exercitia, quæ ma-

ximè faciunt exhalare ſpiritus, ſunt ira, perichariâ, timor, & mæſtitia.

XVII.

Corpora in lecto quieſcentia vehementi animi motu agitata vt plurimum magis reſoluũtur, & leuioris ponderis fiunt, quàm ſi animo placido cum vehementi corporis motu, ſicut fit pilæ ludo, agitarentur.

XVIII.

Exercitio nimio excrementa primæ, & ſecundæ coctionis magna ex parte per to-

tius

tius corporis ambitum dispensantur, ideo aluus exiccatur, corpora tamen fiunt leuiora, quia longe maior est euacnatio insensibilis quam excrementorum crassorum excretio per aluum facta.

XIX.

Exercitium animi, & corporis violentum reddit corpora leuioris ponderis, efficit velocem senectutem, & mortem præmaturam minatur; citius enim ex Philosopho moriuntur exercitati quam non exercitati.

XX.

Exercitium violentum à corpore cibo vel crudo ſucco referto aufert pondus ſenſibilium excrèmentorum minus ſolito: inſenſibilium fere nihil.

XXI.

Exercitio corpus minus perſpirat, ſomno magis, & magis lubrica redditur aluus.

XXII.

Frictiones, & cucurbitulæ in refertis crudis ſuccis impediunt perſpirationem.

XXIII.

Tunc exercitium est saluberrimum, quando post factam primam & secundam coctionē corpus reducitur bis in die ante cibum ad consuetum pondus.

XXIV.

Natatio statim post exercitium violentum, mala: valde.n.impedit perspirationem.

XXV.

Exercitium violentum vbi spirat ventus, malum.

XXVI.

A vento adiapneustia: à motu acrimonia.

XXVII.

Equitatio respicit magis perspirabile partium corporis supra lumbos, quam infra; inter autem equitationes toluttans saluberrima, sicut succussans insaluberrima.

XXVIII.

Vectio in lectica; necnon in cymba corpora minus disponit ad debitam perspirationem quam deambulatio.

XXIX.

Cymbæ & lecticæ motus

ſi diu duret, ſaluberrimus, tunc ſolum ad debitam perſpirationem mirificè diſponit.

XXX.

Vectio in curru omnium violentiſſima eſt: non enim ſolum perſpirabile incoctum exſpirare facit, ſed etiam ſolidas corporis partes, & maximè renes offendit.

XXXI.

Saltus primo vires ad intra trahit, deinde ad extra cū impetu propellit, & cum violentia coctum ſimul cum incocto expellit.

Diſci

XXXII.

Disci exercitiũm composi-tum ex motu moderato & vio-lento, deambulatione scilicet & agitatione brachiorum per-spirationi conducit.

XXXIII.

Tripudiatio moderata, & si-ne saltu proximè ad deambu-lationis moderatæ laudes acce-dit: perspirabile enim coctum moderatè expellit.





DE VENERE
SECTIO SEXTA.

APHORIS. I.



Imia abstinentia à coitu, & nimius vsus impediunt perspirationem, sed nimius vsus magis.

II.

Post coitum immoderatũ quarta pars solitæ perspirationis in pluribus prohiberi solet.

Mala

III.

Mala à nimio coitu orta mediatè à prohibita perspiratione, immediatè à læsis concoctricibus dependent.

IV.

Cognoscitur coitum profecisse, si a sequenti somno nulla sentiatur lassitudo, nec vlla corporis mutatio facta sit in grauitate, vel leuitate.

V.

Diuturnæ venereorum cogitationes, modo grauius & modo leuius efficiunt corpus; grauius

uius si pleno; leuius si vacuo fiant stomacho.

V I.

Post nimium coitum cum muliere quammaximè concupita, non sentitur illico lassitudo: animi enim consolatio iuuat tunc perspirationem cordis, & auget eius robur, vnde in ipso quod amittitur promptius remittitur.

VII.

Propensi ad coitum, si temperent libidinem, illico succedit corporis agilitas, quia tales melius perspirant.

VIII.

Immoderatus coitus facit perſpirare cruda, quæ deinde carnes frigidas efficiunt.

IX.

Coitum non nocuiſſe, hęc indicant: vrina ęque cocta vt ante: corporis agilitas: reſpiratio facilior: & idem fere corporis pondus perſeuerans, eadem tamen ſeruata eorum quæ ingeruntur quantitate, & qualitate.

X.

Præſens vulnus immodera-

ti

ti coitus est stomachi refrigeratio : futurum, prohibita perspiratio, vnde facile fiunt palpitationes in supercilijs, & artubus , & deinde in membris obtinentibus principatum.

XI.

Coitus in æstate magis nocet: non quia corpus magis perspirat, sed quia coctio, cum sit minor, deperditum difficilius resarcitur.

XII.

In actu venereo multum crudi perspiratur, & si diu duret, cruda transferuntur à cen

tro ad

tro ad corporis ambitū, fiunt obstructiones, & inde aluus supprimitur.

XIII.

Quanto quis maiori coeundi cupiditate conflagrat, tanto eius vsus immoderatus minus lædit.

XIV.

Coitus immoderati detrimentum precipue manifestatur post somnum sequentē; tunc.n. ex Staticis experimētis cognoscitur perspirationē esse impeditam, & cibū esse male digestū, necnon stomachū valde læsum.

XV.

Coitus lædere solet primam coctionem, primo diminuendo perspirationis promptitudinē, deinde in crudam qualitatem conuertendo cibum.

XVI.

Qui coitu vtitur, & sperma non emittit, minus debilitatur. Itidem si die sequenti vtatur, & emittat quod die præcedenti fuit preparatum, minus debilitatur.

XVII.

Illi qui coeundo, sperma ex studio

ſtudio non emittunt, in tumorem teſticulorum facile incidunt: ſperma enim eſt imperſpirabile.

XVIII.

Coitus immoderatus poſt ſtomachum lędit magis oculos.

XIX.

Coitus immoderatus lædit viſionem, quia ab oculis ſubducit màximam ſpirituum copiam; inde tunicæ oculorum prędurę & rugoſæ, nec non meatus minus peruij redduntur.

A di-

XX.

A diminuta perspiratione fibræ tunicarum oculorum opaciores; inde visio fit per spatia perexigua, qualia sunt in cancellis: Specilla uniunt obiecta in cuspidem, ut distincte per unum solum spatium videantur.

XXI.

A coitu immoderato diminuitur calor naturalis; à diminuto calore diminuta perspiratio; a diminuta perspiratione flatus & palpitatio.

XXII.

Coitus immoderatus postŭlat cibos paucos, & boni nutrimenti.

XXIII.

Coitus calefacit iecur & renes: quia excitatus calor minus exhalat : refrigerat verò stomachum, cerebrum & cor, quia per meatus patentiores excitatus omnino & proprius aliqua ex parte propterea resoluitur.

XXIV.

Hinc coitus immoderatus in

hepa-

hepate bilem, in renibus nephriticum affectum, in ſtomacho crudum ſuccum, in cerebro catarrhum, & in corde palpitationem, & Syncopen.

XXV.

Edulia poſt nimium coitum, ſi flatus gignant, vt oſtreacea et muſtũ, pernicioſa: impediunt enim ne ad conſuetum pondus corpora reducantur.

XXVI.

Macilentis magis nocet coitus, quia magis calefiunt, & magis refrigerantur.

XXVII.

Coitus immoderatus illico maximè leue efficit corpus, quã

uis deinde perſpirationem pro-
hibeat: eſt enim vehemens cor-
poris & animi motus; cor-
poris, quia omnia membra con-
quaſſantur: animi, quia reſolui
tur quod colligat animum cor
pori, ſpiritus ſcilicet vitalis.

XXVIII.

Si poſt coitum ſomnus labo-
rem faciat, ex coitu maior fa-
cta eſt ablatio, quā ex ſomno fa
cta ſit vitalis ſpiritus additio.

XXIX.

Poſt nimium coitus vſum
ſomnus trahit cruda ad cor: vn
de languor, prohibita perſpira
tio, & ponderis augmentum.

Senes

XXX.

Senes ex vsu moderati coitus fiunt ponderosiores, & frigidiores: iuuenes vero leuiores & calidiores.

XXXI.

Coitus in iuuenibus animalem, vitalem, & naturalem roborat: animalem per motum expurgat, & sopitam excitat naturalem per euacuationem superflui. & vitalem per lætitiā.

XXXII.

Cibus copiosior solito post immoderatum coitum interime-

ret, nisi succederet aliqua ciborum corruptela.

XXXIII.

Dum est coeundum parum vel nihil comedendum: dum est comedendum parum vel nihil coeundum.

XXXIV.

Si post coitus excessum nulla persentiatur lassitudo, malũ: id perinde ac in phreneticis fit ab incensis spiritibus qui exiccando breui spacio roborant neruos & tendines, sed paulo post imminuitur spirituũ generatio & vires derepente cadunt.



DE ANIMI AFFECTIBVS.

SECTIO SEPTIMA.

APHORISMVS. I.

INter affectus animi, ira & perichariа corpora efficiunt leuiora: timor & mœstitia grauiora: cæteri vero affectus vt his participantes operantur.

II.

Mærore, & timore perspirat leuius: ponderosius verò relinquitur: lætitia & ira vtrumq;

III.

Hinc timentes, & mętrentes facilè obstructiones, partiũ duritiem, & affectus hypochondriacos patiuntur.

IV.

Qui ira vel lætitia afficiuntur nullam in itinere defatigationem persentiunt: eorũ .n. corpora facilè crassum perspirabile exhalãt: quod non accidit, dũ mærore vel timore vexantur.

V.

Perspirabile ponderosũ plus iusto retentum ad męstitiã & ti-

timorem, leue vero ad letitiam vel iram disponit.

VI.

Nihil magis reddit liberam perspiratione͂ quam animi consolatio.

VII.

Mæstitia & timore facile me͂bra humore referta durescunt.

VIII

Mæstitia & timor impediunt perspiratione͂ crassorum excrementorum perspirabilium: & perspiratio impedita a quacu͂q; causa mestitia͂ & timore͂ facit.

IX.

Mæstitia, si diu duret, carnes frigidas facit: impedit.n.ne perspirabilium crassa & frigida portio exhalet.

X.

Hinc febris, quæ post longã mæstitiã suboritur, sudores frigidos, & vt plurimum lætales molitur.

XI.

Acrimonia perspirabilis retenti ob mæstitiam commodè aufertur à pericharia; funduntur .n humores suaues, & deinde à corpore pondus & acrimonia tolluntur.

XII.

Ira & spes auferunt timorē, & letitia męstitiā; passio. n. animi nō medicinis, sed alia passione contraria superatur; contrăria enim sub eodem genere.

XIII.

Non implicat perspirabile melancholicorum retentū esse frigidum & acre seu calidum; tale est iecur hydropicorum febricitantium; frigidum videlicet respectu caloris naturalis, calidum respectu aduentitij.

XIV.

Morbi à melancholia, et ab ae

re cænoſo in hoc conueniunt, quod immediate oriãtur à craſſitudine perſpirabilium retentorum: mæſtitia.n.intrinſecus impedit ne exeat craſſum, aer cænoſus, extrinſecus.

XV.

Qui eunt cubitum cum męſtitia, noctu minus perſpirant; atq́; die ſequenti corpora corũ cõſeruantur ſolito põderoſiora.

XVI.

In meditationib. venereis cum mæſtitia excrementorum perſpirabilium portio craſſa retinetur: quę euolante tenuiore adhuc

huc crassior, & frigidior fit: hęc si colligatur, fere inuincibilem inducit frigiditatem in capite, palpitationem curatu difficilem in corde, vel aliis membris.

XVII.

Melancholia duplici via superatur, vel libera perspiratione, vel aliqua continua animi consolatione.

XVIII.

Si post męstitiam corpora fiãt leuiora, quam post lætitiam, id ex necessitate fit, vel ob minorem ciborum quantitatem, vel ob eorum qualitatem magis transpirabilem.

XIX.

Animi conſolatio, quacumque de cauſa fiat aperit meatus & largàm perſpirationem facit.

XX.

Si poſt iram ſtatim ſequatur animi conſolatio, vel viceuerſa corpora datà paritate eorum quæ imgeruntur die ſequenti fiunt leuiora, quam ſi ſola ira vel lætitia perſeueraret.

XXI.

Sicut magna aliqua voluptas aufertur per exiguam ſper

ma-

matis euacuationem; sic omnes alij immoderati animi affectus per aliquam euacuationem perspirabilium possunt diminui & auferri.

XXII.

Timor, & mæstitia, vt ex Staticis colligitur, per euacuationem excrementorum crassorum perspirabilium: ira & perichariа per tenuium auferuntur.

XXIII.

Si quis sine causa sentiat se hilarem, id à magis aperta perspiratio-

ſpiratione fit, et eius corpus die ſequenti minoris ponderis inuenitur.

XXIV.

Lætitia moderata inſenſibiliter euacuat ſolum ſuperfluũ: immoderata ſuperfluũ, & vtile:

XXV.

Moderata iuuat coctrices facultates: natura.n. non grauata ſuperfluo longe melius ſuorum officiorum munera explet.

XXVI.

Improuiſum gaudium magis nocet, quam præuiſum: non.n.ſo

lum mouet exhalationem excrementorum tertiæ coctionis, verum etiam spirituum vitaliũ; præuisum vero excrementorum tantum.

XXVII.

Lætitia & ira auferunt e corpore, quod ponderat & leuitat; mæstitia & timor solum quod leuitat; quod ponderat uero relinquitur.

XXVIII.

Lætitia perseuerans per multos dies somnum impedit, & vires dissoluit.

XXIX.

Si quis post moderatam lætitiam sentiat se leuiorē; id non oritur principaliter à totius euacuatione, sed à cordis & cerebri, vbi quod euacuatur est mole minimum & virtute maximum.

XXX.

Edulia, quæ aperiunt, gaudium; quæ verò impediunt perspirationem, mæstitiam mouent.

XXXI.

Selinum & cætera aperien-

tia, gaudium; legumina, carnes pingues, & cætera incrassantia, & statim replentia meatuum cauitates mæstitiam inducunt.

XXX.

Si euacuentur cauitates meatuum, et deinde statim repleantur, rectè dixit Hipp. malas animi passiones fieri.

XXXIII.

Quibus prædominatur ira exercitium immoderatum valde nocet; citissimè enim illorum meatus fiunt caui, & magno impetu replentur;

Unde

Vnde Hipp. in biliosis frictiones & palæstram vituperat.

XXXIV.

In otioso corpore & animo meatus non reddũtur caui, nec malæ animi passiones fiunt.

XXXV.

Corpus quiescens magis perspirat & minoris ponderis fit, si animo vehementer agitetur, quam si celerrime corpus moueatur, animo pmanente otioso.

XXXVI.

Mutatio corporis diutius alte-

terat animum, quam ipſum corpus.

XXXVII.

Paſsiones animi verſantur circa internum ſubiectũ, quod magis mouet quã mouetur: quippe mole minimum & virtute maximum, ad inſtar ſeminis; quodq; vario modo diſpoſitum perſpirationis ſeu grauitatis et leuitatis eſt origo.

XXXVIII.

Corpora, quæ perſpirant plus ſolito non propter motum corporis, ſed propter vehementem aliquem motum animi maiori

cum

cum difficultate ad solitã & salubrem perspirationem reducuntur.

XXXIX.

Magis nocet nimius animi affectus quã nimius corporis motus.

XL.

Corpus marcesceret, & otio periret sine animi motu, sed nõ vice versa.

XLI.

Motus vehemens animi differt a motu vehementi corporis; hic quiete & somno; ille nec quiete nec somno cessat.

Qui

XLII.

Qui vehementer ludo lucrari cupiunt, non ludant; quia si semper vicerint, ob pericbariam ducent noctes insomnes, & tandem coctorum perspirabilium exhalationem amittent.

XLIII.

Victoria moderata salubrior, quam gloriosa.

XLIV.

Studium in affectuum animi mutatione diutius toleratur, quam sine affectu, vel sine

ne affectuum mutatione; perspiratio enim fit moderatior & salubrior.

XLV.

Studium absq; omni affectu vix horã perseuerat, cum vnico affectu vix quattuor horas, cum affectuum mutatione, vt in ludo alearum accidit, in quo modò gaudium ob lucrum, modò mæstitiam ob damnum experiuntur, die noctuq; perseuerare potest.

XLVI.

In omni studio perennis tristitia bonam cordis constitutio-

tionem euertit, & excessus lætitiæ somnum impedit; omne .n. nimium naturæ inimicum.


XLVII.

Nunc hilares, nunc mæsti, nunc iracundi, nunc timidi perspirationem magis salutarē habent, quam qui vnico, licet bono, semper gaudeant affectu.

FINIS.

...ature first edition of this famous booklet, [illegible] the foundation to the

rare first edition of this famous booklet, [illegible] the foundation to the



first edition of this famous booklet, the foundation to the

